



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

11. In festo M. Magdalenæ, de conuersione eius. Luc. 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

pore non potes, spiritu saltem te miltantis gaudiis, abiice te ad pedes nunc huius, nunc illius, & in utero B. Mariæ ad ora sponsum: in utero vero B. Elisabethæ sponi amicum.

22. Jul. IN FESTO M. MAGDALENÆ
De conuersione eius. Luc. 7.

CHRI^ST^O inuitato & accumbente in Pharisei domo, ingressa est mulier, quæ fuerat in ciuitate peccatrix, deferens alabastrinum vas unguento plenum. Considera bonum IESVM ex summa benignitate, & ardenti animas iuuandi zelo nunc inuitatum adire conuiuia, nunc se vltro inuitatum vti fecit bono Zachæo, nec aliam occasum, quam ad conuertendos peccatores. Et quamuis Pharisei criminati illum essent, quod pranderet cum peccatoribus, nunc tamen & Phariseum adire vt eius redargueret superbiam. 2. considera discumbente IESV Mariam Magdalenam peccatricem omni abiecto pudore irruere in locum conuiuii, omnia gemitibus complere & iucunda turbare colloquia, quod grauidem fuit Phariseo, sed non Christo: ferebat enim in vase sui cordis unguentum odoris

FESTA TOTIVS ANNI. 167

odoriferum humilitatis & contritionis, valde Deo gratū, quia cor cōtritum & hu-
miliatum, ait David, Deus non despicias. *Ps. 51.*

*Stans vero, coepit pedes eius rigare lacry-
mis, & capillis suis abstergere, deosculari, &
ungere.* Considera eius humilitatem retro
stantis, quia non audebat se in cōspicium
Christi dare, sed nec mutire, quia crebri
singultus vocem intercludebant. Silenti-
um certè non ad cœlum solū pertingens,
sed & cor Dei penetrans. 2. nota, quomodo
tacta dolore cordis distracto capitis orna-
tu ruat ad pedes licet ex via sordibus, quā-
to imbre lacrymarum perfundat, quam
extergat capillis sedulo, quoties oscula
cum suspiriis imprimat, quanta copia vn-
guenti tingat. 3. considera, quam patienter
Christus toleret omnia, quanta cum
voluptate aspiciat, quam efficaciter radiis
sue gratiæ illustret eius animam, & lauet,
quantum conuiuiarum silentium, quam
angeli gaudeant ibi præsentes, super pec-
catrice pœnitentiam agente.

*Criminatā eam à Phariseo defendit Chri-
stus, & ait ad ipsum. Remittuntur ei peccata
multa, quia dilexit multum. Et ad ipsam.
(Fides tua te saluam fecit, vade in pace.)*

Considera bonitatem IESV, quod cum

L 4 Phari-

168 MEDITATIONES IN
Pharisæus iniuriam fecerit, & Christo, in
dicans eum non esse prophetam, & mulie
ri, vocans peccatricem, Christus neglecta
sua iniuria, patrocinium suscipiat fama
mulieris. concipitque eum, se plus à mu
liere ob officia amoris præstita diligi. quàm
ab ipso, qui nec caput suum unxisset, quod
tamen hospitibus fieri non solebat. 2. Con
gita quantam lætitiã pacem & tranqui
litate[m] animi senserit Magdalena, auditis
verbis Christi. *Remittuntur tibi peccata
tua, & fides te saluam fecit.* Tanta enim
consolatione cor eius colliquefcere cepit
vt statim se è conspectu Christi proripue
rit. 3. Considera in hoc conuiuio tria fu
isse conuiuia. Primò Pharisæus pauit Chri
stum, vt discas & tu eum pascere sanctis
desideriis & piis operibus. Secundò, Ma
gdalena pauit eundem corde contrito, vt
tu quoque dicas. *Cor mundum crea in me
Deus.* Tertio, Christus pauit Magdalenam
pane gratiæ & amoris diuini, vt deinceps
sorderent illi mundi illecebræ: quo
& tu quoque talem panem de
caelo postules.

IN FL